



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Imitari debemus Deum in quatuor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

elemosynarum pinguedo commen-
det; quia tale est ieiunium sine elee-
mosyna, qualis sine oleo lucerna. Et
Gregorius. Illud ieiunium Deus ap-
probat, quod ad eius oculos manus
elemosynarum leuat. Quintum est,
à fauoribus hominum elongatio. De
quo docuit nos Christus, qui cum ie-
iunaturus esset, petiit desertum, sic
cum ieiunamus, & bona operamur, à
laudibus hominum debemus nos ab-
scondere. Matth. Cum ieiunatis, no-
lite fieri, sicut hypocritæ tristes, &c.

Grego.

Mat. 6

*Imitari debemus Dominum in
quatuor.*

Primo, in sanctitate. Sic dicebat
Dominus; Sancti estote, quoniã
ego Sanctus sum. Secundo in di-
lectione. Vnde Ioannes. In hoc co-
gnouimus charitatem Dei, quoniam
ille pro nobis animam suam posuit, &
nos debemus pro fratribus animas
ponere. Tertio in misericordia. Esto-
te misericordes, sicut & pater uester
celestis misericors est; dicebat Salua-
tor noster. Quarto in mansuetudine.
Matth. Discite à me quia mitis sum,
& humilis sum corde.

Leu. IX

I. Io. 3

Luc. 7

Mat. II